

permotus : Cassio Longinquo , qui Pro-  
consulari Imperio tunc Asiam obtinebat,  
destinauit mortem , & fortè consultor id  
agebat , sed Caius interim à Chærea , qui  
& ipse licet minus vulgato nomine Cas-  
sius erat, interfectus est.

## CARMELIDEVS.

**V**Espasiano autem sub Nerone rem  
Hierosolymis gerente, vicinum Car-  
meli montis oraculum , experiendi desi-  
derium incessit : Vnde in immensum a-  
ctus est, accepto responso, quicquid men-  
te concepisset , quicquid tentasset suc-  
cessurum fœliciter, quamuis arduum aut  
laboriosum videretur : Parumper iste fi-  
delius , & paulominus veraciter. Sed ad  
Apollinem reuertor.

## EXTERN A.

## APOLLO DELPHICVS.

**A**T ne clarius inter vicinos locutum  
Aputes , sub aduentu Xerxis, territis  
Græciæ urbibus , ab Atheniensibus con-  
sultus, quónam modò saluti proprij ac fi-  
liis prouiderent? respondit, Muris ligneis:  
id ambiguum more suo confusumque  
consilium Themistocles interpretās, pro  
muris ligneis , Naues intellexit, idque  
hortante eo , deserta vrbs, turba ad bel-  
lan-